Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26398
Copyright: Admont, Benediktinerstift



74

arboris. Tres quippe sollempnitates in anno specialiter
celebrabant. idem sollempnitatem ahimque in qua agnum occisum
immolabant. et sollempnitatem ebdomadarum. atque festivitatem
tabernaculorum. Si quid illi in figura faciebant. nos inuentate
pagimur. nam tempore paschali celebramus. quod uerus ille
agnus dei sumus. ipse christus qui in sua diuinitate genus
humanum condidit. mara crucis pro salute mundi occidi
uoluit. Sollempnitas ebdomadarum fuit. in qua nouas
fruges offerebant. quam illi tunc in figura celebrabant.
si nos dei gratiam inuentate habemus. et in honore sancti spiritus colimus.
N am quinquagesimo die a pascha spiritus sanctus super apostolos uenit.
nouos homines eos fecit. et nobiles fructus ex illis
sibimetipsi exhibuit. Sollempnitatem uero tabernaculorum
nominabant. quando congregatis omnibus fructibus suis
festivitatem domino celebrabant. Hanc igitur festivitatem quam
illi ymisterium colebant. istam sollempnitatem euenientem
accipere possumus. quam olim latior legis prefigurabat
uerbis que supra diximus. Primo die assumetis uobis.
fructus pulcherrime arboris. Quid enim pulcherrimam
arborem accipere possumus. nisi beatissimam dominam nostram
sanctam Mariam. que meruit sua humilitate inter omnes
mulieres uirgo et mater existere. fructus namque huius
arboris filius est ille nobilis. natus de utero uirginis.
cuius sacratissimum corpus. heri ad sacrum altare sumpsimus.
Sequitur. Secundo die assumetis uobis ramos palmarum frondium.